


videntia hoc quicquid est, factum sit, quomodo quæso qua-
litates accensæ materiæ combustibilis aquæ præterfluen-
ti communicabuntur? ad calefactionem valebit hæc
ratio non di-  militer ac si in lebete concalescat aqua,
ignis sulphure i suppositione, quæ nec saporem nec odorem
sulphureum representabit. Verum nec ignem sulphureum
extra tales ductus & parietes canalium diutius accensum
esse posse, tam naturales ejus proprietates, quam alia con-
firmare videntur. Quis enim nescit, nihil magis igni actua-
li repugnare, quam undique carceribus & parietibus in-
clusum esse? quis nostrum quotidianorum casuum tam
expers est, cui non luce meridiana clarius sit, ignem
licet in materia convenientissima sit accensus, non me-
lius ac citius, quam subitanea occlusionem coërceri, re-
stinguique posse. Testantur hoc medicæ cucurbitulæ, quas
balneatores in scarificationibus cum flammis applicant.
Testantur id ipsum fossores, qui fodinas tractant metal-
licas, quos experientia docuit, ob aëris admissionem ar-
tificiosa spiracula cavernis inferere, quò facilius in imo
accensæ faces conservationem suam habere possint.
Nec obstant hic ignes Ætnæ, Vesuvii, Chimæræ, Heclæ,
quæ non latent, sed patent, quosque non tam in ipsis
cavernis, quam in earundem exitu conspiciamus, ubi non
tantum combustibilis materia ad accensionem apta, sed
simul ipsa accensio flammæ propter aërem liberiolem fieri,
referatisque spiraculis ignis cœlo frui, seque in omnem
partem, quod naturaliter ipsi competit, commovere po-
test. Nihil addo, quod per tot secula terram perquiramus,
tot in eandem cuniculos agamus, ejusque viscera
meatibus & anfractibus diversis natura, casu vel etiam
artificio confectis prædita conspiciamus, ut *Plinius* vitam
futuram impiè negans ex hoc fundamento concludat,
nos

Quid sit ve-
spondendit
ad ignes
Ætnæ, Ve-
suvii &c.